

TITULUS DUODECIMUS.

De los Trages, y vestidos.

CONTINUATUR ad pracedentem & pracedentes hoc videlicet modo, quod cum in pracedentibus actum sit de prabendis, forma & modo, & ordine officialibus, menestralibus operariis, cauponibus, & aliis, & itidem in pracedentibus titulis ordinem vivendi & utendi terminis publicis & privatis prasterit legislator; nunc hunc ordinem sequendo, apponitur etiam ordo circa vestes portandas, ut excessui earum medeatur, præsertim iis temporibus miseris, ubi pauperes & infirmi homines ita sicut nobiles & magnates vestiuntur, & mulieres eorum splendidius quam unquam, qua emere mariti coguntur ad extremam interdum inopiam, neque legum dispositiones ad id impediendum sufficiunt eo quod ignari & male eorum executores hodie reperiuntur, tum quia eis non applicatur pars pœna contrafacientibus imposita, tum ob favorem & importunitates potentium, tum & fortassis ob pecuniarum, donorum & munerum interventum, hac enim pervertunt justitiam.

¶ Et pro hujus Rubrica declaratione qui voluerit multa videre de vestibus & nominibus earum, ultra Cassaneum, in Catalogo glor. mund. 11. p. confid. 96. videat latissime & ad saturitatem Tiraq. in legibus connubialibus in l. 3. per totam, & hunc legisse sufficiat, & Rebus. in l. vestis appellatione ff. de verborum signif.

IN LEGEM PRIMAM.

Omnibus aliis quam personis Regiis prohibentur vestes in presentē lege contenta & sub ejus pœna.

SUMMARIUM.

- 1 Insignis & vestibus Regalibus inferior nisi non possit.
- 2 Purpuram deferre pertinet ad principes.
- 3 Imperatrix nisi potest vestibus Regiis.
- 4 Vestes hic prohibita, non sufficit quod portetur per aliquem, nisi vestita deferantur.
- 5 Rex potest constituere formam in vestibus, a qua recedi non possit.
- 6 Domi etiam censetur prohibita delatio vestium prohibitarum.

7 Maritus si leget uxori omnes vestes, non intelligas mulieribus prohibitas portari.

Ibi, Que ninguna, ni algunas, Sed an ecclesiæ comprehenditur, vid. Didac. Perez, in l. 1. tit. 1. lib. 4. col. 1333.

¶ Ibi, Excepto nœstras personas Reales. Exceptio hæc firmat regulam, & fortificat prohibitionem præcedentem, ut omnes personas cujuscunque qualitatis sint, comprehendat, & hoc nimirum, nam si insignis Regalibus nullus uti potest, ex text. in l. sacri affatus C. de divers. & text. in l. 8. tit. 1. supra, lib. 4. ubi diximus, imo neque forma scribendi, ita vestibus in l. nostra descriptis alius quam Rex & Regia persona uti non potest, ex text. in l. 1. & ibi gl. C. qua res vend. non poss. notat Meneses

Meneses in dict. l. sacri affatus num. 5. & ratio est quia magnos magna decet, & potentioribus alii pares esse non possunt, ex l. 3. ff. de alie. jud. mul. causa fact. nam non dignoscitur à plebeo, nec nobilis à Principe, & ob id in vestitu saltem ostenditur, l. item apud. 8. si quis virgines. ff. de injuriis. cap. si judex, de senen. excom. in 6. ex quo Seneca, uxori Neronis dixit, indue te delicate charissimam non propter te, sed propter honorem imperii, ut per Speculat. tit. de advocato. §. sequitur. num. 1. Faber. in proœmio, Instr. verba, Augustus. numero 8. & sic purpuram deferre spectat ad Principes, & est prohibita l. temperat. de vesti. olo. lib. 11. in personis enim Regiis vestes ad gloriam & honorem esse dici potest, ut Exodi 28. & ad ornatum, secundum Lucam de Pena. C. de vesti. olo. lib. 11. nam ut inquit Cicero, de Oratore, vestis primo depellendi frigoris causa reperta est, postea ad ornatum & corporis dignitatem reperta est, ex quo jam hodie ex vestibus se quisque magni facit & ex contrario vilipenditur, juxta illud, Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus, ut refert Casian. in dict. Casa. 11. part. consideratione 96.

¶ Ibi, O de la Emperatriz, Has enim licet Regina, & Imperatrici deferre vestes, 3 quas licet Regi, sive Imperatori ejus marito, juxta illud Esalm. 44. assistit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, & faciunt late tradita per Doct. in l. femina. ff. de senato. & per nos alibi, & in iis terminis tradit Charor. à Grassallis, lib. 1. Regali. Franc. jure 18. versic. hinc est etiam.

¶ Ibi, Nuestras hijas, Qui multum sunt privilegiati, ut in Clem. 1. de baptismo, in extravagan. execrabilis. Joann. 22.

¶ Ibi, No sean qñados de traer, ni vestir, hæc est regula principalis nostri text. ut scilicet, nemo deferat vestes hic prohibitas, & versic. præcedens est exceptio hujus regulæ, ut scilicet, in Regibus & Regiis aliis personis & Regina hoc non procedat. Et sic regula hæc ad alios quam ad Reges & Regias personas directæ est, ponderandaque sunt hæc verba, De traer ni vestir, quæ sunt copulativa ex dictione illa, ni, quæ negativa est & copulativa ut diximus in l. 10. tit. 1. lib. 4. supra, ut intelligas non sufficere ut nostræ l. pœna incurratur quod vestes hic prohibita deferantur nisi & deferantur vestite, quia copulativa utrumque copulatum requirit verificari, & consequenter si pretio aliquis vender vestem hic prohibitam, & ad vendendum deferret non incurret legis nostræ pœnam, non itidem comprehenditur si per nuntium mittitur, prout comprehenditur si tantum delatio prohiberetur, secundum Palac. Rub. in Rubr. §. 30. num. 7. & cum hac Regula, concord. text. in l. 11. C. de vesti. olo. lib. 11. & in Francia, ad eam itidem constitutio de hoc, ut apparet ex Rebus. in rom. 2. consti. Fran. tit. de pannis aureis, argenteis, sericis, & hoc nulla alia ratione quam quod excessus vitetur, & prodigalitas quorundam in vestibus habita, ad quam vitandam potest Rex certam formam constituere, ut ab ea non

4 ratur nisi & deferantur vestite, quia copulativa utrumque copulatum requirit verificari, & consequenter si pretio aliquis vender vestem hic prohibitam, & ad vendendum deferret non incurret legis nostræ pœnam, non itidem comprehenditur si per nuntium mittitur, prout comprehenditur si tantum delatio prohiberetur, secundum Palac. Rub. in Rubr. §. 30. num. 7. & cum hac Regula, concord. text. in l. 11. C. de vesti. olo. lib. 11. & in Francia, ad eam itidem constitutio de hoc, ut apparet ex Rebus. in rom. 2. consti. Fran. tit. de pannis aureis, argenteis, sericis, & hoc nulla alia ratione quam quod excessus vitetur, & prodigalitas quorundam in vestibus habita, ad quam vitandam potest Rex certam formam constituere, ut ab ea non

excedatur, ut in l. 2. & ibi notat. ff. de iis qui sunt sui, vel alie. jur. & not. Avend. c. 14. pratorum. num. 1. ubi in illo cap. plura cumulat, quæ propter excessum sunt vitata, & ego etiam considero aliam rationem ex Divo Chriost. super epist. Paul. ad Rom. homil. 24. dicente, non est vestibus ornanda caro, nè ornata illam perdas, nam & molliorem inde facies, & bonam ipsius valetudinem corrumpes dum nimia mollietate dissolvitur, ex quo colligo, quod cum homines molliores efficiantur, ut hisce temporibus videmus, deficiunt in labore, in militia, in bonis operibus, & ideo justè prohibenda est vestis excessiva, & ad ornatum tantum facta ut hodie sit; Quare Beatus Gregor. unus ex ecclesiæ Doctoribus in homilia quam in evangeli. Matth. c. 1. edidit, inquit, nemo existimet in luxu, atque studio pretiosarum vestium peccatum desse, quia si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste vitiosa. Pensate ergo, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, quo curavit pastor Ecclesiæ, & feminas prohibere: Hæc Gregor. qui & ipse in alia Homilia in Divum Lucam. c. 16. enarrans illud: Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & bysso, hæc quoque scripta reliquit, sunt nonnulli qui cultum subtilium pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset: & paulo post, quæ culpam possumus melius etiam ex diverso colligere, quia si abjectio vilis indumentum virtus non esset, Evangelista vigilanter non diceret, erat indutus pillis camelorum, hoc de B. Joanne Baptista referens, prout hæc refert Tiraq. in d. l. 5. connubial. num. 3. ubi num. 4. prosequitur contra mulieres figmentis se ornantes. Et sic clericis prohibitum est vestes has excessivas & diversis coloris portare, ut apparet ex Bernard. Diaz & ibi ejus additio. in Pract. crimi. cap. 75. per totum, ubi tandem inquit quod secreto vestes prohibitas subus alias vestes portare eis licet, vel si alias non habent, vel in studio & secreto domus, quod licet in clericis id procederet, non tamen in laicis quin punirentur pœna nostri text. cum ad evitandos excessus & nimios sumptus & propter eos, ex quibus homines depauperantur, processit lex nostra & sequentes, & ideo etiam domi censetur prohibita delatio harum vestium prohibitarum, ut inquit Didac. Perez, post longam disputationem in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ord. col. 1331. cum sequent. & ex l. 2. §. 14. eod. colligitur, & hæc est una de rationibus nostri text. ut prohiberentur vestes in ea contentæ, ut in simili inquit Rebus. dict. 2. tom. consti. Franc. tit. de pannis aurat. num. 20. cum duobus seq. & ego addo nè effeminentur homines, & in veneris blanditiem convertantur, prout hodie videmus converti, jam enim homines figmenta mulierum, & vestes earum se se affeminando portant, & ideo nova pragmatica Matriti facta, anno 1590. præsentē, hæc etiam ponit